

Mutandum' tibi propositum est ut vitae genus intrare si Musarum limen cogites.

Ego quem Pierio mater enixa est jugo, in quo tonanti sancta Mnemosyne Jovi fecunda novies Artium peperit chorum,quamvis in ip'sa natus sim Phoebi schola curamque habendi penitus corde eraserim et laude in vitam hanc haut invita incubuerim, fastidiose tamen in coetum recipior. Bounius te quiem.

Quid 'credis illi accidere, qui magnas opes exaggerare quaer'it omni vigilia, docto labori dulce praeponens lucrum ?

Sed jam quodcumque fuerit, ut dixit Sinon ad regem cum Dardaniae perductus foret, librum exarabo tertium Aesopi stilo honori et meritis dedicans illum tuis.

Quem' si leges laetabor sin autem minus, habebunt certe quo se oblectent posterii.

Phaedri libellos legere si desideras, vaces oportet, Eutyche, a negotiis, ut liber animus sentiat vim carminis. Verum inquis tanti non est ingenium tuum momentum ut horae pereat officiis meis. Non ergo causa est manibus id tangi tuis, quod occupatis auribus non convenit. Fortasse dices aliquae venient feriae, quae me soluto pectore ad studium vocent.